



## Bibliographische Daten

Titel: Expositio super toto psalterio  
Ersteller: de Turrecremata Johannes  
Signatur: 2 an Inc. 4. 2°

Die Nutzung der Digitalisate von gemeinfreien Werken aus den Sammlungen der Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg ist gemäß den Bedingungen der [Creative-Commons-Lizenz Public Domain Mark 1.0](#) uneingeschränkt und kostenfrei erlaubt.

Im Sinne guter wissenschaftlicher Praxis wird gebeten, bei der Verwendung von durch die Stadtbibliothek im Bildungscampus überlassenen Digitalisaten stets die Quellenangabe in folgender Form zu verwenden: Stadtbibliothek im Bildungscampus Nürnberg, [Bestandssignatur + Blatt/Seite]

Im Interesse einer laufenden Dokumentation und der Information für Benutzerinnen und Benutzer erbittet die Stadtbibliothek die Überlassung von Belegexemplaren oder Sonderdrucken von Veröffentlichungen, die aus der Benutzung von Handschriften und anderen Medien in den historischen Sammlungen der Stadtbibliothek hervorgegangen sind. Sollte eine Abgabe nicht möglich sein, wird um Mitteilung der bibliographischen Daten der Publikation gebeten.

auxilium tuum fiducialiter expectant non confundent nec hic nec  
in futuro. sed. Confundent in die iudicij omnes iniqui agentes rebu<sup>s</sup>  
inutilib<sup>us</sup> vanis et infructuosis occupati. ne autem sum de numero mi-  
nus agentium. **V**ias tuas per quas itur ad te. et per quas ad nos  
venis demonstra michi ne aberrem ab illis. et semitas consiliorum  
tuorum que deducunt in perfectionem maiorem edoce me. **D**irige  
me in veritate tua ut pie ac recte viuam sicut veritas tua exigit do-  
ce me ut nichil peruerse agam in quo a te exaudiri debeo. tum quia  
tu es saluator meus. salus autem existit in agnitione veritatis. tum  
quia toto temporis mei tractatu expectavi misericordiam tuam.  
propheta persuadet exaudiri ex consuetudine semper miserendi di-  
cens. **R**eminiscere miserationum tuarum quas fidelibus semper  
impendisti et misericordiarum naturaliter tibi insertarum. que ab  
initio seculi sunt. nunquam enim sine misericordia fuisti. nec pec-  
canti homini miseratio tua defuit. ita domine reminiscere misericor-  
die tue ut per misericordiam tuam. **N**on reserues michi ad vindi-  
ctam perpetuam delicta mea quibus viam equitatis dereliqui deli-  
cta iuuentutis mee que scilicet audacter et precipitanter et ex fragili-  
tate perpetravi. et que ignoranter gessi non serues ad vindictam.  
**M**emento mei non secundum iram quia dignus sum. sed secundum  
misericordiam tuam que te digna te non propter merita mea que  
nulla sunt. sed propter bonitatem tuam domine. hac fiducia motus  
sum ad petendum quia. **D**ulcis est et rectus dominus misericors et  
iustus. et propter hoc legem dulcissimam et rectissimam dedit erran-  
tibus in via presentis vite que lux est ut si vere peniteant misericor-  
diam consequantur et saluentur. sin autem eternaliter puniantur  
tanquam sua misericordia abutentes. **D**iriget mansuetos humiles  
et quietos in iudicio. cum eos a reprobis discernet. et ne declinent a  
via recta mites docebit vias suas. quibus ad se peruenire possint.  
**V**niverse vie domini licet sint innumerabiles comprehenduntur  
tamen sub duabus que in omni opere domini similes sunt. scilicet mi-  
sericordia et veritas. misericordia quia cuncta preuenit bonitate. ve-  
ritas quia omnia sub integritate diiudicat. et hoc patet requirenti-  
bus testamentum nouum. in quo xps legitur passus et mortuus p<sup>ro</sup>  
redemptione nostra et requirentibus oracula prophetarum que manifeste